UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S. Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps || Elector, &c.

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Privilegivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

Visual Library

PRIVILEGIVM.

SERENISSIMVS ET REVERENDISSIMVS, Dn. Dn. FERDINANDVS, Archiepiſcopus, & Princeps Elector Colonienſis, vtriuſque Bauariæ Dvx, Dominus noſter Clementiſſimus, præſentis priuilegii diplomate indulget & ſancit, ne quis Dn. Doctoris piæ memoriæ Ioannis Gelenij Canonici Presbyteri Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis, & SS. Apoſtolorum Decani, ac Suæ Serenitatis quondam in Spiritualibus Vicarij generalis opera poſthuma, vel Ægidij Gelenij Canonici S. Andreæ lucubrationes vulgatas cum Cenſoris librorum licentia, abſque hæredum vel auctoris voluntate æri incidat vel excudat per partes, aut integraliter vel excuſas alibi intra Archidiœceſios terminos inuehat. Qui ſecus fecerit, confiſcationi & Arbitrariæ pœnæ ſubiacebit. In cuius rei fidem præſentes Suæ Serenitatis Sigillo Electorali munitæ ſunt. Signatum Coloniæ die 4. Aprilis, Anno 1633.

Locus O *Sigilli.* *Ex ſpeciali Mandato*

Segerus Straus.

LICENTIA ORDINARII.

HIſtoria de S. Engelberto Archiepiſcopo Colonienſi &c. authore Reuerendo D. Ægidio Gelenio SS. Theol. Licentiato, nihil fidei Orthodoxæ, aut bonis moribus aduerſum complectitur; multa verò præclara hucuſque ignota, ex diuerſis Archiuis ſincerè, fideliterque deprompta; prout relatu eorum cognoui, qui eandem accuratè examinârunt. Magno itaq; Reipubl. bono, & priuatorũ non ſpernenda vtilitate, typis euulgari poterit. Colon. die S. Euergisli Epiſcopi Col. 1633.

Henr. Francken Sierſtorphius SS. Th. D. Regens Gymnaſij Laurentiani, librorum cenſor.

LICENTIA INQVISITORIS.

Vita S. Engelberti Archiepiſcopi Colonienſis, cum annotationibus ex varijs authoribus, ſpecialiter verò Archiuorum, aliorumq; fide digniſſimorum manuſcriptis, accurate à Reuerendo D. AEgidio Gelenio SS. Th. Licentiato collecta & digeſta, cum nihil veræ ac Catholicæ fidei, aut bonis moribus contrarium; plurima verò vtiliſſima, ſcitu digna, hactenusq; deſiderata, atque ad propugnationem iuriũ, peruilegiorumq; Cleri cum Sæcularis tum Regularis imprimis conducentia cõtineat, tutò imprimi, manibusq; piorum teri poteſt, Colon. in Conuentu FF. Præd. 26. Oct. An 1633.

Fr. Ioannes Philippvs Fridt, Ord. Præd. SS. Th. D. & Profeſſor per Colonienſem Diœceſin & annexas partes Sancti officij Commiſſarius Generalis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN